

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Mendacium k  
cum fonte primo

Mendaci quoque genus perfecti  
uiri summo opere fugiunt ut nec  
uita alicuius per eorum fallaciam  
defendatur ne sue anime noceant,  
dum prestari nituntur carni alienae,  
quamquam hoc peccati genus  
facillime credimus relaxari. Nam si  
quaelibet culpa sequenti solet pia  
operatione purgari, quanto magis hec  
facile abstergitur quam mater boni  
operis pietas ipsa committit?

Gregorius ibidem (libro XVIII.).

Et: *Perdes eos qui loquuntur  
mendacium; hoc  
quoque mendacii genus perfecti  
uiri summopere fugiunt, ut nec  
uita cuiuslibet per eorum fallaciam  
defendatur ne suae animae noceant,  
dum praestare carni nituntur alienae;  
quamquam hoc ipsum peccati genus  
facillime credimus relaxari. Nam si  
quaelibet culpa sequenti solet pia  
operatione purgari, quanto magis haec  
facile abstergitur, quam mater boni  
operis pietas ipsa comitatur?*

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 18, 3  
(CCSL 143A, M. Adriaen ed., pp.888-9,  
ll.18-25).